



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117832**

§.42. Concilium Brennianum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66072)

& Pœnitentiæ secretæ in articulo mor-  
 tis; Daconi enim tempus non supere-  
 rat Pœnitentiam publicam subeundi. Id  
 quoque ex isto facto discimus, Pœniten-  
 tiam Sacramentalem illis non fuisse con-  
 cessam, qui capite damnati erant, cum  
 necesse fuerit, Daconi Pœnitentiam  
 clam & Rege istud ignorante dari. Id  
 crudelitatis genus diu post hæc in usu  
 fuit. (\*)

Sæculum VI.  
 A. C. 580.  
 Greg. V. c.  
 26. Mabill.  
 præf. in Sæc.  
 3. part. I.  
 obs. 24. n. 98.

§. XLII.

*Concilium Brennianum.*

Rex Chilpericus cum comperisset, Lu-  
 dastum Comitem Turonensem Eccle-  
 sias & Populum multis vexationibus af-  
 flexisse, eum munere suo privavit. Lu-  
 dastus, jam diu Gregorio Episcopo in-  
 fensus, eundem accusavit, quod urbem  
 Childeberto Regi tradere cogitaret. Re-  
 ge fidem non adhibente addidit, quod  
 Gregorius diceret, Fredegundam Regi-  
 nam & Bertrandum Episcopum Burde-  
 galensem thorum regium adulterii con-  
 suetudine fœdare. Chilpericus Rex con-  
 tumelia excitatus Ludastum ab illis, qui-  
 bus imperatum, pugnis, pedibusque pro-  
 tritum, & vinculis oneratum carceri  
 mancipat. Nihilominus convocatis Bren-  
 niam,

v. c. 48.

I 2

niam,

(\*) At hæc crudelitas non Ecclesiæ, sed Prin-  
 cipum Sæcularium severitati adscribenda.

Sæculum VI. niam, (ea tribus leucis Sueffione distat)  
A.C. 580. Episcopis Gregorium quoque & Bertran-  
6. 50. dum adesse jubet. Ipse etiam Rex illo  
 se contulit, & salutatis Episcopis, acce-  
 ptaque eorum Benedictione confedit.  
 Mox Bertrandus Episcopus Gregorium  
 tanquam suum Accusatorem interpellat.  
 Negavit Gregorius, se istud de Regina  
 ipsoque unquam fuisse locutum; fateba-  
 tur autem se id ab aliis dicentibus audi-  
 visse.

Rex ad Episcopos: *Cum hæc causæ  
 pudorem meum post se trahat, si crediti  
 testes contra Episcopum audiendos esse  
 præsto sunt, si putatis neganti fidem esse  
 habendam, edicite, lubens, quid sentiatis  
 audiam.* Inter testes præcipuus erat Ru-  
 culphus Subdiaconus, quem Ludastus  
 spe Cathedram Episcopalem Turonen-  
 sem conscendendi lactaverat. Episcopi  
 omnes Regii animi moderationem mirati  
 dixerunt: *Subditus Episcopum suum ac-  
 cusans non est audiendus*, tumque decre-  
 tum, ut Gregorius, postquam Missam su-  
 per tria Altaria celebrasset, juramento  
 se purgaret, & quamvis ista suam inno-  
 centiam defendendi ratio Legibus Cano-  
 nicis adversaretur, placuit tamen, quod  
 id fieri Regis honor exigeret. Ita hæc  
 de re ipse Gregorius loquitur. Episcopi  
 deinde ad Regem redierunt dicentes:  
*Gregorius Episcopus omnia, quæ statuta  
 fue-*

*fuerant, implevit. Jam tu & Bertran-*  
*us Accusator Fratris sui excommuni-*  
*candi estis.* Nempe Gregorio objectum  
 crimen diluente ipsi calumniæ convin-  
 cebantur. *Ego excommunicandus?* in-  
 quit Rex, *nihil aliud dixi, quam illa quæ*  
*ab alio audiveram,* atque Episcopis scis-  
 citantibus, quis ejusmodi sermonis fuis-  
 set Auctor, respondit, Ludastum fuisse.  
 Tunc omnium Episcoporum una senten-  
 tia fuit, Ludastum, qui tunc discesserat,  
 scandali Auctorem, Episcopi calumnia-  
 torem, & famæ Reginae, quoad poterat,  
 prædonem ab omnibus Ecclesiis esse ex-  
 communicandum, dataque Epistola ab-  
 sentes Episcopos quid decretum fuisset,  
 monuerunt.

Hæc Synodus Brenniana ad annum  
 580. refertur.

§. XLIII.

*Conversio S. Hermenegildi.*

Elapso exinde quadriennio sub initium  
 Sept. anno 584. Chilpericus Rigon-  
 tem filiam suam Recaredo Leovigildi  
 Regis Visigothorum in Hispania filio se-  
 cundo genito nuptui dare constituit.  
 Levigildus susceptis ex prima uxore duo-  
 bus filiis Hermenegildo & Recaredo se-  
 cundam duxit Goswindam Athanagildi  
 alterius Regis Visigothorum Viduam,  
 quæ Brunchildem Regis Sigeberti uxo-

*Greg. VI.*  
*c. 45.*  
*Id. V. hist.*  
*c. 39.*